Markowo Uszenski Donatio

Coram offo et Actis praesentibus Castren Capitan Drascen personaliter comparens
Nobilis Michael filius olim Boleslai Markowski de Markowo Wol-
ka haeres Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit
Quia Nobili Alberto filio Nobilis Andreae Uszenski et ipsius
Successoribus totam et integram sortem suam omnium et singulorum
bonorum suorum mobilium et immobilium in haereditate Markowo Wol-
ka consisten et recognoscen post olim Nobilem Dorotheam Mar-
kowska genitricem suam iure naturalis successionis post olim
Nobilem Dorotheam Markowska genitricem suam iure natu-
ralis successionis legitime spectan et concernen cum agris, horti,
agris, pratis, campis, silvis, borris et omnibus in genere ac singulis
quibuslibet fructibus attinen nullis exceptis perpetuis temporibus
dedit donavit ac inscripsit Cui jam et nunc intromissionem realem
cum actuali ac pacifica possessione per ministerialem Regni Generalem et
Nobiles duos acceptandam dat et admittit Submittendo se cum
suis Successoribus de omnibus bonis memoratum donatarium
et suos Successores occasione praemissorum ab omni impedimento juri-
quarumvis personarum per omnes Successores suos tueri defendere
evincere et solus per se et per submissas personas non
inquietare sub damnis juribus simplici taxatis et coram offo
praesenti in primo citationis termino peremptoria responsione
ac satisfactione omnibus contrariis exceptionibus allegationibus
quaestionibus dilationibus appellationibus ac earum prote-
grationibus aliisque in universum juris remediis et defensionibus nec
non legalibus impedimentis de jure locatis se in abrenuendo.

Gasowski Donatio

Coram offo et Actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Simon olim Va-
lentini Gasowski de Gasowka Olexino haeres Sanus mente et corpore
existens palam ac libere recognovit Quia Nobili Matiae olim Christo-
phori Gasowski de ibidem haeredi et ipsius Successoribus bonorum suorum et fra-
tris sui immobilium Nobilis Lucae minorennis haereditariorum pro neces-
sitate communi in tam stricto tempore solutionis multarum contributionum
aream nad Glinkami Quindecim sulcorum a meta Galaiowie ad Flu-
violum per unum stadium protenden penes metam eiusdem Matiae ex parte
plateam jacen Cum omnibus Utilitatibus ex eadem area quovis
modo provenientibus et attinentiis nullis exceptis perpetuis temporibus
dedit, donavit ac inscripsit Cui jam ex nunc intromissionem cum pacifica
possessione per ministerialem et Nobiles duos acceptandam dat et admittit

5505

Submittendo se cum suis successoribus de omnibus bonis memoratam donationem et eius possessionem occasione premissorum ab omni impedimento judicio quarumlibet personarum praecipue a praedicto Luca fratre suo tueri defendere et evincere. Item et si aliquid fundi in loco praedicto per eundem fratrem suum ademptum fuerit tantundem fundo simili suo proprio adimplere et recompensare. Atque tam per se quam per quasvis submissas personas non iniuriare sub damnis tribus seu coram officio praesenti praeexempta ratione omnibus juris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores renunciando et abscribendo.

Falki Comutatio

Coram officio et actis praesentibus personaliter comparendo Nobilis Adam olim Joannis Falkowski de Falki Nowosady haeres ab una et Nobilis Andreas olim Pauli Falkowski de ibidem haeres partibus ex alia sani mente et corpore existentes palam et libere recognoverunt inter se fecisse comutationem bonorum suorum in haereditate Falki Nowosady consistentium in modum. In primis Nobilis Adam Falkowski praefato Andreae et ipsius legitimis successoribus in area duos sulcos a lapideo horreo suo novo prout stipha eximitur ad plateam per octo stadia protendentes inter metas sui recognoscentis et ipsius Andreae jacentes cum fundo prato pomario arboribus diversis et omnibus utilitatibus nullis exceptis dedit et comutavit ac inscripsit. Simili etiam modo in recompensam praefatorum sulcorum suprascriptus Andreas praefato Adamo Falkowski et ipsius successoribus in area seu emissorio a fluvio per vitam et plateam usque ad aream Joannis fratris sui extendentem inter metas Koleikowic et fratris sui [illegible] jacentem cum omnibus attinentiis dedit et comutavit ac inscripsit ac praeterea tertiam vilionis fundi undecim cum medio florenis pollonicalibus superaddidit dantes sibi abinvicem intromittendi cum possessione ac usu per utrumque et nobiles acceptandam. Submittentes se ab invicem de omnibus bonis cum posteris suis in praedictis bonis evincere et unus alium non impedire sub damnis tribus seu coram officio praesenti praeexempta ratione omnibus juris remediis et defensis se et suos successores ab scribendo et abrenunciando.

Actum in Curia Regia Branscen. Feria Quarta post Dominicam Invocavit Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo

Skrzipki Demissio

Comparens personaliter coram officio praesenti Nobilis Paulus olim Stephani Skrzypkowski sanus mente et corpore existens publice et libere recognovit quia Nobili Mathaeo olim Alberti Skrzypkowski et eius posteris obligationem terrestrem immobilis in bonis Skrzypki sitam sibi recognoscenti per parentem suum in undecim florenis pollonicalibus inscriptam cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis sua nesperata [illegible] possidendi evictione et omnibus utilitatibus demisit et in ipsum et eius successores transfert intromittendi cum possessione et usu acceptandum et utendum salva contentione [illegible] per medium reservata